



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum
Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

Puente, Luis de la

Coloniae, 1614

Med. 41. De ipsa Crucifixione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54653)

MEDITATIO XLI.
DE CHRISTI DOMINI nostri Crucifixione.

PUNCTVM I.



VDATO suis vestibus Christo Domino, cruceque ipsa super terram iacente, iusserunt satellites, vt supra illam ipse supinus iaceret; quod ipse in momento fecit; brachia sua, & pedes, vt clavis affigerentur, extendens. In hoc Christi facto, perpendenda est excellentissima eius obedientia; quæ maximè in eò eluxit, quòd ad nutum crudelium illorum carnificum, in re adeò difficili & tremenda obedierit; se ipsum videlicet extendendo supra durissimum illum crucis lectum, vt durissimis ei clavis affigeretur. Nobis interim exemplum præbens, vt a Prælati nostris, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis, imò omni humana creatura propter Deum subiecti sumus in omnibus, quæ diuinæ ordinationi non aduersantur. O cœlestis Adame, qui manus tuas extendisti, nò vt terrenus ille, ad fructus prohibitæ arboris, contra obedientiam accipiendû;

a Matth. 27. 35.
Marc. 15. 25.
Luc. 23. 33.
Ioan. 19. 18.

a 1. Petr. 2. 13. 18.

EDI.

b Psal. 118.
48.

sed ut alteri arbori, ex obedientia affigere-
tur: da mihi gratiam, ut b *leuem ego manus
meas, ad custodienda mandata tua*; me ipsum,
si opus erit, in crucis lecto extendens, ut amo-
te tui in ea moriar. Mox perpendam, quomodo
Christus fecerit cum supinus iacuit, supra da-
rum illum lectum. Nam dubio procul, oculos
ad coelum leuans, gratias aeterno Patri egit
quod in eam horam, & locum, eum perduxerit;
magnaque voluntatis promptitudine se-
obtulit, ut cruento sacrificio, super illud
Altare, pro nostris peccatis sacrificaretur. Et

c Gen. 22. 9

ut obediens c *Isaac*, a proprio suo parente, se
ligari permittit, & in altari super struem ligno-
rum poni, expectans ictum gladij de manu pa-
rentis: sic dulcis noster I E S V S, iacebat su-
per lignum crucis, amoris funibus ligatus, ictum
expectans clauorum & mallei. O Pa-
ter aeternae, cui adeo placuit submissio & ob-
dientia Isaac, ut Angelum e coelo miseris, qui
Abrahami manum cohiberet, ne filium gla-
dio feriret, sis quoque nunc contentus, si ita
est possibile, sacratissimi huius Isaac submissi-
one, qui super crucis aram supinus iacet, &
alium Angelum mitte, qui crudelium horum
satellitum manus prohibeat, ne filij tui ma-
nus cruci affigant: sufficientia in dicitur iam de-
dit perfectissimae suae obedientiae; ea ergo ad-
ed generosa & promptissima voluntate, se ti-
bi satisfactum; nec exigas, eam in opus ipsum
produci. Sed aduerto Domine; & tua, &
filij tui opera, esse perfecta; ideoque utrum-

que

que velle, sacrificium ipsum esse perfectum, quò nostra sit copiosa redemptio. Sit benedicta infinita hæc tua charitas, propter quam, supplex gratiam tuam peto; qua & ego integrum ac perfectum meipsum offeram sacrificium, quod tuæ placeat maiestati.

PUNCTVM II.

EXTENSO Christo Domino super crucem, accipientes illi torrores alteram eius manum, magno crassoque clauo in gentibus istibus vni parti Crucis, moxque alteram manum, simili alio clauo, parti alteri; eademque ratione, vtrumque pedem siue vno, siue duobus clavis affixerunt ingenti sanguinis ex his quatuor vulneribus effusione.

CONSIDERANDVM hic primùm est, quantum **CHRISTVS** Dominus dolorem pertulerit, horrendis aded vulneribus, in locis vbi tot nerui concurrunt; cum totum aliàs corpus, aded esset sensibile ac delicatum. si tam grauer ego tero vel vnus acus puncturam; quantum senserit delicatissimus hic Dominus, cum aded acuris crassisque clavis, eius venæ & nerui, ac delicatissimæ carnes transfigerentur! ô quàm tibi, Deus meus, bene competit nomen illud, quo te Isaias a *virum dolorum* appellauit, neque enim tantus vnquam in hac vita fuit dolor, qui huic tuoper esset: ô b manus sacratissimæ, in quibus ab-
stita est fortitudo Dei, quis vos crucis istius

I.

a Isaiæ 35. 3.

b Hab. 3. 4.

ff 5

bra

c. Zach. 13. 6

brachijs affixit, & clauorum capitibus encaustica pinxit arte? ò c. pedes sacratissimi, ante quos diabolus egreditur, & fugit, vt solet qui victus est. quis vos duro isti ligni cõfixit? ò dicitur IES V, quid sunt plagae istae in medio manuarum, & pedum? quis tantam audaciam malleo clavisque istis dedit, vt manus & pedes tuos transfigerent, qui eorum es Creator? mea procul dubio peccata, huius totius materiae causa existunt: peccata inquam, quae manus & pedes tuos inordinatum affectum, ego admisi; quibus animam meam vulnerans, plus tibi doloris attulisti, quam vlla vulnera quae in tuo sustines corpore. O Mater aeternae, respice vulnera ista, & dolores filij tui, qui dicitur vulneratus propter iniquitates meas illos tibi offert, in earum remedium. Accepta, Domine, eius oblationem, & medere iniquitatibus meis; siquidem innocenti filij tui vulnera, eò direxisti; vt omnibus illis sanctitatem adferrent, qui proprijs suis culpa essent vulnerati.

d. Isai. 53. 5.

II.

ALIUM deinde horrendum Christus sensit dolorem in hac crucifixione: nam cum altera manus esset confixa; nerui sese ita contraxerunt, vt cum alteram configere vellent, non pertingeret ad designatum foramen: quò verò eò vsque pertingeret, adeò crudeliter fibris ligatam traxerunt, vt eius ossa feruenter luxarentur, quod insinuat in ipsius Domini verbis, in Psalmo, e foderunt manus meas, & pedes meos, & arnumerauerunt omnia ossa mea.

e. Psal. 21. 17.

ossa mea, dinumerauerunt, inquit, ossa mea, membra videlicet mea ad eò in cruce traxerunt, vt carne mea præ debilitate feruè consumpta, numerare potuerint omnia ossa, quæ in illa erant. Dolor hic fuit omnium atrocissimus, quos Christus, in tota sua passione pertulerit. Etsi enim os nullum confregerint, iuxta illud scripturæ *os non comminuetis ex eo*; illa tamen extensio, & ossium conuulsio, intensissimum attulit dolorem, què ipse Dominus, Patri obtulit in satisfactionem eorum peccatorum, quæ ipsius Ecclesiæ membra, schismate siue concordie & charitatis defectu admiserunt. O Animæ meæ Saluator; nunc tibi dicam, quod aliquando Dauid *g omnia ossa mea dicent Domine quis est similis tibi!* Utinam omnia ossa mea, conuerterentur in linguas, ad te laudandum, ob dolorem, quem in tuis sustinuisti: quis enim tui vaquam sunt similis, in doloribus, tormentis, ignominijs & opprobrijs, quæ in cruce es perpeffus? sicut nullus par tibi, in magnitudine diuinitatis esse potest, si nec tibi æquiparari, in abiectionibus, (quibus tot admirandæ virtutes sunt insertæ) sacratissimæ tuæ humanitatis! O si ceret, dinumerare omnia ossa tua, virtutes scilicet internas, flebili ista figura, quam habes in cruce, velatas, vt imitari possem! Concede nobis ô bone IESU, per tuum istum dolorem, vt ossa Ecclesiæ tuæ, Prælati scilicet virique perfecti, coniuncti viuant inter se, & cum reliqua imbecilli plebe, quæ caro est

mystici

f Exod. 12

46.

Ioan. 19. 36.

g Psal. 34.

10.

mystici tui corporis, ut omnes charitatis vinculo ligati; te vna glorificemus, prædicantes operibus nostris magnificentias tuas, ac dicentes, *Domine quis erit tibi similis in potestate*, qui distantes ad eò se inuicem voluntates, talis moris glutine compingis.

III.

LICET præterea perpendere ingentem dolorem, quo beatissima Virgo fuerit afflictum ictus audiret mallei, quo filius eius configebatur: vnus enim idemque ictus, & elata manum, aut pedem filij transfigebat; & Matris cor acutissimo dolore pertransibat. O Virgo suprema, si filio tuo competit *nomen* *dolorum*; cur non tibi competat, æquè aliud simile, ut te *dolorum Virginem* appellemus, quæ verissimè dicere potueris, *h omnibus*, qui in monte illo aderant, & qui transibant per viam: *Attendite & videte; si est dolor, sicut dolor meus!*

h Thren. 1.
12.

O SI & ictus isti cor meum sicut tuum penetrarent! ò si animæ meæ aures, ad ictus mallei Dei, sanctæ scilicet eius inspirationis, precipiendos paterent semper; ut cordis meidurities, dolore trangeretur; eò quod eum offenderim, qui ad eò crudeli malleo est mei causa ictus.

PUNCTVM III.

AFFIXO iam cruci Christo Domino crexerunt satellites crucem in altum est verò fas credere, eos precipitèr ac temere

temerè in foueam demissile, quæ ad id parata erat, toto sanctissimo corpore concusso & intolerabili dolore affecto.

ELEVARE, anima mea, in altum cum Domino tuo, sensusque & affectus cordis tui confige cum ipso cruci, attende imprimis dolorem illum, pudorem & afflictionem tui dulcis IESU; cum se in editiori loco, in magnum suum pudorem, in conspectu tantæ multitudinis, vidit eleuatum, nudatum, illusum, & factum opprobrij signum & scopum, immensis doloribus in omnib⁹ corporis sui partibus oneratum! aspice caput illud, non habens, ubi se reclinet: nam si ad crucem profundius infiguntur spinæ, manus clavis lacerantur, propter corporis pondus, quod trahit ad terram, pedum etiam vulnera magis aperiuntur & dilatantur, inritente illis toto corpore: videntque Dominum tuum, ad eò pro tu speccatis laceratum tormentis, lacere & tu cor tuum, præ dolore, quod illa admiseris.

I.

CONIICE mox oculos, in quatuor illos sanguinis riuos qui ex quatuor vulneribus, instar quatuor i *fluminum ex paradiso* fluunt, ad irrigandam, fertilemque reddendam cordis humani terram. accede spiritu ad hos riuos, sanguinemque vehementi amore & dolore defluentem, deliba; eodemque ita te ipsum ablu; vt à tuis culpis munderis. sicut illi, qui *lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.* O sanguis pretiosissime,

II.

i Gen. 2, 10.

k. Apoc. 7, 14.

fiffime, laua me, purifica, accende, & inebria
me excessu illo amoris, quo effusus fuisti: &
penetra ac transfige me excessu illo doloris,
quo ex venis Domini mei extractus fuisti.

III.

APERTE etiam aures, vt clamores illos, &
irrisiones audias, quas Christi hostes extule-
runt, cum eleuatū eum in cruce viderunt, ex-
ultantes, cum aded deformatum, & afflictū vi-
derent, vt nulla viuendi spes superesset. Audi
etiam clamores & fletus dolore plenissimos,
quos filia Hierusalem eleuauerint, cum lacry-
mandū illud spectaculū aspexerunt; præcipue
verò vehementia suspiria, & gemitus piarum
mulierum quæ illic aderant. O quos cruciatu,
aures tuæ dulcissime IESUS sentiebant, tamen
hostiū vociferationibus, quæ ex amicorū gemi-
tibus! *Si amici Iob cum oculos suos ad illū aspi-
ciendū eleuassent, vix eum in sterquilino iace-
centē, & vlceribus plenū agnoscentes; exsta-
mantes, plorauerunt, sic suisque vestibus, sparserunt
puluerem super caput suū, & sederunt cum eo in
terra, septem diebus, & septem noctibus; & na-
mo loquebatur ei verbum, videntes dolorem esse
vehementē: quid fecerint amici tui, cum leua-
tes oculos suos, viderunt te, in horrendo isto
cruis lecto, vulneribus à planta pedis vsque ad
verticem capitis plenū, multò atrocioribus, &
vehementiores dolores inferentibus, quam illi
Iob; vix enim te aded deformatū agnoscentes,
eleuarunt clamorem; fletu amaro, viscera sua
tanta doloris vi sciderunt; puluere seiplos co-
operæi ut, præ pudore nuditatis tuæ, & atto-*

Iob. 2. 13.

ni

nici obmutuerunt, nescientes quid tibi dicerent; videntes dolorem tuum esse vehementem. Vt nam tantus mihi sensus daretur, qui fortiori iure teneor, dolores tuos sentire, quam amici Iob habuerint, ut eius sentirent afflictionem. Ille enim nihil pro amicorum peccatis patiebatur; cum tu, Saluator mi, tanta pro nostris partiaris: & si Iob dolor, erat vehemens, tuus est vehementissimus: nam ille, etiam cum vehementi dolore, mortem euasit, tu autem vi doloris tui, vitam amisisti. De fleas igitur anima mea, Domini tui dolores, scinde cor tuum pro dolore, operi caput tuum puluere & cinere, penitentiam agens ob tua peccata: & quamuis lingua non sciat, aut non possit loqui, cor saltem meditetur, ac ruminet vehementissimos eius dolores, & contemptus, non tantum 7. diebus, sed per totam vitam tuam, mansionem tibi eligens ad pedem crucis.

IV.

CONSIDERANDVS denique est S. Virg. dolor, quem ex primo illo filij sui aspectu sensit. Nam occurrentibus sibi filij & matris oculis, uterque præ summa tristitia fuit eclipsatus: Mater enim ex filij sui aspectu, mansit spiritua liter cruci affixa: Filius vero ex matris aspectu, nouam afflictionem sensit: tacente vero utroque, ob doloris vehementiam, utriusque cor occupabatur, in persentiendis, quos alter patiebatur, doloribus, plus ex eis dolens, quam ex proprijs. Colloca igitur te anima mea, inter duos hosce cruci affixos; & dum eleuatis oculis videris filium ferreis clavis cruci affixum, mox eos demitte ad matrem, doloris

& com-

& compassionis clavis similiter cruci affixam); & supplex pete, ita communicat tibi aliquid illorum dolorum, ut & tu simul cum eis crucifigaris, vera ipsorum imitatione.

QVOD superest ad hunc locum, perpendi amplius potest ex ijs, qua puncto octavo meditationis prima, siue fundamenti sunt dicta.

MEDITATIO XLII.
DE MYSTERIIS IX,
Christo crucifixo latentibus.

PUNCTVM I.

S. Thom. 3.
p. 7. 46. a. 6.



AD pedes crucis constitutus, oculisque ad eum, qui in ea pendet, eleuatis; ut cognoscere ac penetrare possim, quidquid in ea agitur, nobisque proponitur; considerandum est, quis ille sit, qui in ea confixus pendet; causaque inquirenda, ob quam, id ita sit factum. fuit enim ex parte ipsius, sola bonitas & misericordia; ex nostra vero, miseriam nostram remedium.

L EVA igitur o anima mea, oculos tuos ad ista cruce in caelum, & ab isto ignominioso throno, qui est in monte Caluariae, ad Thronum